

§. II. An Parentum concupiscentia sit causa Originalis peccati? 543
 §. III. Quid de eo, qui miraculose formatur ex humana carne, an contraheret Originale peccatum? 544
 §. IV. Quid sit, Adamo non peccante, Eva sola peccasset? 544
 §. V. Quid si nec Adamo, nec Heva peccantibus, peccasset autem aliquis Posterorum? 545

QUAESTIO OCTAVA.

De Peccato Originali quantum ad suam essentiam.

Dubium Primum. An Peccatum Originale sit ipsa substantia Animae? 546
 §. I. Refertur error quidam, & refutatur. 546
 §. II. Error Illyrici refertur. 546
 §. III. Error Illyrici refutatur. 547
 §. IV. Illyrici fundamenta. 547
Dubium Secundum. An Peccatum Originale sit formaliter ipsa Concupiscentia? 548
 §. I. Error Recentiorum Haereticorum. 548
 §. II. Catholica veritas. 548
 §. III. Acatolicorum momenta. 549
 §. IV. An Concupiscentia sit peccatum originale saltem materialiter seu ad peccatum originale se habeat, ut materiale? 551
Dubium Tertium. An peccatum originale sit ipsum Adami peccatum moraliter perseverans in Posteris, eiusque imputatum? 552
 §. I. Resolutio quaesiti. 552
 §. II. Solvuntur Scoticarum rationes. 553
Dubium Quartum. In quo revera statuendum sit Peccatum Originale? 554
 §. I. Non in morbida Qualitate. 554
 §. II. Non in reatu poenae. 555
 §. III. Neque in Conversione habituali ad creaturam. 555
 §. IV. Verum, ac formale peccati Originalis constitutum. 555

QUAESTIO NONA.

De Subiecto Peccati Originalis.

Dubium Primum. An Peccatum Originale magis sit in Carne, quam in Anima? 558
 §. I. Resolutio negativa. 558
 §. II. Solvuntur quae obstant. 558
Dubium Secundum. An Peccatum Originale per prius sit in essentia Animae, quam in Potentia? 559
 §. I. Sententia D. Thomae. 559
 §. II. Rationes Scoti. 559
Dubium Tertium. Quas Potentias per prius, & magis inficit Peccatum Originale? 560
 §. I. Resolvitur de Voluntate. 560
 §. II. De ceteris Animae Potentiis. 560

QUAESTIO DECIMA.

De Effectibus Peccati Originalis.

Dubium Primum. De Infirmate in Intellectu. 560
 §. I. Quaedam praerogantur. 560

§. II. Resolutio Dubii. 561
Dubium Secundum. De Infirmate in Voluntate, & appetitu sensitivo, & Partibus inferioribus hominis. 561
 §. I. Quatuor Voluntatis infirmitates. 561
 §. II. An Liberum hominis arbitrium per peccatum Originale fuerit profusus extinctum? 562
 §. III. Vulnera in Appetitu sensitivo. 562
Dubium Tertium. De Poena Peccati Originali debita post hanc vitam. 563
 §. I. De Poena damni. 564
 §. II. De Poena sensus variae opiniones. 565
 §. III. Sententia communior. 565
 §. IV. Fundamenta suadentia Poenam sensus pro Parvulis cum Originali decedentibus. 566
 §. V. An Pueri non baptizati afficiantur aliquo dolore, vel tristitia ob carentiam Visionis Dei? 568
 §. VI. De statu Infantium praedictorum post universale iudicium. 569

QUAESTIO UNDECIMA.

De Statu Naturae Purae.

Dubium Primum. An Status Naturae Purae sit possibilis? 570
 §. I. Quaedam scitu necessaria exponuntur. 570
 §. II. Communis Sententia praefertur. 570
 §. III. Aseritio secunda de Dono Integritatis. 572
Dubium Secundum. Examinantur Fundamenta Janfenii. 573
 §. I. Quoad Dona Gratiae, & Gloriam. 573
 §. II. Fundamenta contra Concupiscentiam rebellem in statu Naturae Purae. 574
 §. III. Fundamenta contra Ignorantiam, & Mortem in statu Naturae Purae. 574

QUAESTIO DUODECIMA.

De Angelis comparate ad Homines.

Dubium Primum. Quot sint Hierarchiae, & Ordines Angelorum. 577
 §. I. Prioris partis Resolutio. 577
 §. II. Resolutio secundae partis. 577
Dubium Secundum. De Actione Angelorum in Homines. 578
 §. I. An Angelus agere possit in Intellectum, & Voluntatem Hominis? 578
 §. II. De Actione Angeli in Imaginativam, & Sensus Hominis. 579
Dubium Tertium. De Missione Angelorum ad Homines. 579
 §. I. Ostenditur Angelos mitti. 579
 §. II. An omnes Angeli ex quolibet Ordine immediate mittantur Missione visibili? 579
Dubium Quartum. De Custodia Angelorum erga Homines. 581
 §. I. Angelos, Mundo visibili praefidere. 581
 §. II. Angelos praefidere Regnis, & Ecclesiis. 581
 §. III. Resolutio Dubii. 582
 §. IV. Varia pro Appendice resolvuntur. 583



TRACTATUS PRIMUS ISAGOGICUS.

QUESTIO PRIMA.

De existentia, necessitate, divisione &c. Theologiae.



Onserventur Artis alicujus, vel Scientiae Tractatores, priusquam ad Artis, vel Scientiae secretiora penetralia tyrones suos introducant, illis, velut in atrio, & vestibulo, artis, vel scientiae naturam, & proprietates, methodum, nobilitatem, utilitatem, necessitatem, extensusque dotes exponere: quod ad illius exultationem, desiderium, atque morem excitat, eam delectat, nemo non videt.

Solept etiam, ne omni doctrina vento circumferantur, eis Doctorem aliquem praefigere, cujus vestigia praesentes, ea, quae strobila, & aspera occurrent, tuto pede valeant superare. Hunc ego Tyronum meis propono, de cuius veritate doctrina nefas est suspicari, D. Thomam scilicet Aquinatem, Angelicum, fidumque Divinarum Oraculorum Interpreterem, a cuius mente, nec ad latum unguem recedam: libertate tamen servata in his, de quibus non est explorata S. Doctoris mens quod verius, aut verosimilius videbitur opinandi.

Propositum meum in hoc opere mihi erit idem, quod sibi nullis in sua summa adornanda, testatur S. Thomas in prologo ad eandem: nimirum, ea quae ad Christianam Religionem pertinent, eo modo tradere, secundum quod congruit ad eruditionem infipientium. Quia vero huius doctrinae novitatis in his, quae a diversis scripta sunt plurimum impedit consideravi. Partem quidem propter multiplicationem inutilium questionum, articulorum, & argumentorum, partem aliam, quia sua necessitas talibus ad sciendum, non traduntur secundum ordinem disciplinae. Partem, quia eorum frequentia repetitio, & fastidium, & confusio generat in animis auditorum Ideo quaeliones, articulos, & argumenta huiusmodi, vel penitus omitam, vel si opus erit, aliqua dicere, sobrie pertractabo. Secundo ea, quae maxime circa dogmata sparsim ab Autoribus dicta sunt, suis disponam locis. Tertio tandem a jam dictorum repetitione, quantum fieri poterit, abstinbo.

DE THEOLOGIA.

An existat Theologia, & an sit necessaria.

§. I.

Variae Theologiae acceptiones.

Theologia, si nomen spectes, idem est, ac *Sermo de Deo*: est enim vox confurgens ex graeco nomine *Theos*, latine *Deus*, & graeco *Logos*, latine *Sermo*. Quare quicumque Sermo de Deo, sive facer sit, sive fabulosus, Theologia nomine insigniri potest. Et sub hac generali ratione, ait D. Augustinus, lib. 8. de Civitate Dei cap. 1. Theologiae nomine significari intelligimus de divinitate rationem, sive sermonem.

Ita Hinc & ipsi Pagani sumi iactabant Theologiam, quae de suis filijs diis sermonem habebat, quam referente D. Augustinus lib. 6. de Civitate Dei cap. 5. in tria genera distinguebat Varro, in mythicam, seu fabulosem, vel fabulosam, quae utebantur Poetae, maxime in Theatris, multo contra dignitatem diis assignentes. In physicam, seu naturalem, quae utebatur Philosophi, naturam ac genus deorum investigantes. Et in civilem, quae utebantur Clives in Urbibus, maxime Sacerdotes, dum, quos deos publice coleret, quibus Ritiibus, quibus Sacrificijs deberet, populum erudiebant. Prima (dicebat Varro) maxime accommodata est ad Theatrum, secunda ad Mundum, alii in Templis adorantur, alii riderentur in Theatris, ut notat S. Augustinus, ibi cap. 6. Melius ergo Varro dixisset, tres omnes illas species fabulosas esse. Triplicem hanc Theologiae speciem reprobat Apollonius Rom. 1. teste D. Thom. ibid. lect. 7. in his verbis, *Videtur autem Apollonius Theol. Tom. I.*

solus triplicem Theologiam tangere Consilium. Primo quidem civilem, quae observabatur a Pensivis in adoratione Idolorum in Templo, & quantum ad hoc dicitur: & mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei. Secundo Theologiam fabularem, quam Poetae eradebant in Theatris, & quantum ad hoc dicitur: qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium. Tertio Theologiam naturalem, quam observaverunt Philosophi in Mundo, partes Mundi colentes, & quantum ad hoc dicitur: & coluerunt, & servierunt Creaturae potius quam Creatori.

III. Quamquam autem Sacrum Theologiae nomen profanae veteris Gentiles, illud tamen in vero sensu usurpare veriti non sunt sacri Doctores, ut de vero Deo cognitionem, sermone, & tractationem exprimerent: Quare Theologia dividi consuevit in naturalem, & supernaturalem. Supernaturalis in beatam, infusam, & acquisitam. Acquisita in positivam, & scholasticam, & haec utraque in moralem, polemicam, & mysticam.

IV. Naturalis Theologia dicitur, Dei reumque divinarum scientia, quae solo rationis lumine paritur, qualis est metaphysica in ea parte, quae de Deo differit, qualis & illa, quae Philosophi cum cognovissent Deum, non sic Deum glorificaverunt, ut ait Paulus Rom. 1. 21. & haec ex creaturis ascendit ad Deum, teste eodem Paulo vers. 20. *Invisibilia ipsius (Dei) a creatura mundi per ea, quae facta sunt, intellecta, conspiciuntur.*

V. Supernaturalis vocatur ea, quae supernaturali lumine paritur, idque vel per lumen gloriae, vel per infusionem, vel per discursum ex revelatis; unde in beatam, infusam, & acquisitam dividitur.

VI. Beata, seu Beatorum propria dicitur, quae Beati lumine gloriae perfusi clare, & intuitive, seu, ut locuitur D. Paulus 1. Cor. 13. vers. 12. non per speculum & in aenigmate, sed facte ad faciem vident Deum sicuti est.

VII. Infusa vero dicitur, quae non nostro studio comparatur, sed a Deo per infusionem in nos descendit: qualis fuit illa, quae divinitus imbuit, & Spiritu Sancto afflavit Christi Discipulis, ceperunt loqui magnalia Dei: quos ideo in Petro Apostolorum Principe D. Dionysius in suo de Divinis Nominibus libro, Theologos appellat, dicens: *Aderat & Petrus, supremum Deum, & antiquissimum Theologorum cultum.* Huic addi potest lumen prophetiae, quo Propheta saepe multa de Deo, & rebus divinis loquitur, sed, quia istud non infidet menti Prophetae per modum habitus, sed advent per modum impressionis transmittit, ut docet D. Thom. 1. 2. quae. 68. art. 3. ad 3. & 2. quae. 177. art. 2. ad 2. nec est virtus intellectualis, nec Theologica, ut docet D. Thom. 3. dist. 23. quae. 2. art. 3. quae. 1. ad 4. ideo ad Theologiam, quae est habitus, & virtus intellectualis, non pertinet.

VIII. Acquisita Theologia dicitur illa, quae proprio labore, & studio comparatur per discursum, quo ex principiis revelatis, & creditis fide divina, aliqua veritas concluditur: qualis est ea, quae praediti sunt, velus dicuntur hodie Theologi, & de qua, quia Viatorum propria, erit nobis hic potissimum quaesito; quae proprie loquendo nihil aliud est, quam quaedam ex principiis revelatis, & Fide Divina creditis discursiva scientia: Et haec, ut dixi, dividitur in positivam, & scholasticam, & utraque in moralem, polemicam, & mysticam.

IX. Theologia acquisita positiva dicitur, dum discurrendo probat conclusiones suas per principia positiva; cum est per principia, quae non probantur, sed supponuntur, & creditur, quia accepta a Verbo Divino scripto, vel tradito, nobisque per Ecclesiam proposito. Theologia namque nititur Verbo Dei tanquam principio, quod teste Apostolo Ephes. 2. 20. *Est fundamentum Apostolorum, & Prophetarum:* praeter quod aliud nemo potest ponere. 1. Cor. 3. 11. *Diciturque positum, vel quia circa jus positum divinum explicandum, exponendum, confirmandum tota versatur. Vel quia Positiva, & Thefes statuit graves fidei controversias, ac principes veritates concernentes, quibus fides roboratur, ac stabilitur: ideoque dogmatica etiam dici solet, cum circa fidei dogmata versetur. Vel denique, quia non disputatoria, & regulis dia-*

lectio methodo accommodata, sed fufiori politivo, & oratorio stylo.

X. Scholastica Theologia sic dicta, quia in Scholis traditur, & dicitur, eadem quidem esse ac Positiva (ut dicitur) sed strictiori modo, & methodo Dialecticæ regulis accommodatiori, a Scholarum Magistris proponitur, ut validius possit Catholicis contra fidei hostes procedere, & eorum tela retundere. Illi autem Theologia Scholastica est iisdem principiis procedat, ac Positiva, interdum tamen suas conclusiones confirmat extraneis argumentis, utens scientiis inferioribus in obsequium sui, & quasi vocans ancillas ad arcem, ut Catholica fides extraneis etiam confirmata argumentis, facilius persuaderi possit. Ceterum Scholastica Theologia, ait D. Thomas 1. part. quest. 1. art. 3. cum ex sibi propriis discurrat, non minus, ac Positiva, ex verbo Dei procedit. Sed de his iterum.

XI. Utraque tum Positiva, tum Scholastica, Moralis dicitur, si regulas ad mores nostros informandos præferat. Polemica vero, seu bellatrix, si de rebus controversis, maxime contra Infideles, eos arguendo, & contra eos pugnantio pertractet. Mystica tandem, seu affectiva vocatur, dum affectus nostros movet, ac dirigit in Deum; Ut enim docet D. Thom. ad Hebr. 5. lib. 2. alia scientia illuminant solum intellectum, ut cognoscat verum; at Theologia non solum illuminat mentem ad cognoscendam verum Divinum, sed etiam nutrit, & roborat animam movendo affectum, ut dirigatur ad amandum Deum hic in via, donec illum tandem consequatur in Patria. His ergo positis, de exitentia, & necessitate Theologiæ quæremus cum D. Thom. 2. part. quest. 1. art. primo in genere, deinde in specie, an scilicet præter Theologiam naturalem deum, & dari debeat Theologia supernaturalis, seu ex revelatis de Deo discurrens.

XII. Circa hoc nota primo. Veritates, que lumine naturalis rationis ex effectibus creatis investigari possunt: alias esse, que naturalis rationis lumen præterire excedunt. Notum fore, necessarium dici dupliciter: uno modo absolute, & in se, alio modo ad finem aliquem consequendum; non enim absolute necessarium est habere equum, vel navim, sed necessarium quidem est equus ad equitandum, navis ad navigandum, quia sine equo non possum equitare, nec sine navis navigare.

Notum tertio, necessarium hoc modo sumptum, aliud esse necessarium necessitate præcepti, aliud necessitate medi, aliud necessitate finis, & etiam præcepti. Primo modo auditur factum debet fieri necessarium est ad salutem, quia præceptum; secundo modo Baptismus parvulis necessarius est ad salutem: tertio modo idem Baptismus necessarius est adultis, quia sine huius Baptismo vel in re, vel in voto nequeunt salutem consequi, & insuper Divino Mandato tenentur eam per Baptismum procurare.

Notum quarto, necessarium ad finem posse dici dupliciter. Uno modo, ita ut sine illo finis nullatenus haberi possit, sicut equitare non potest haberi sine equo, & hoc vocant necessarium simpliciter aliud modo, scilicet sine illo finis quidem haberi possit, sed commodius habetur cum illo, sicut tineri rari possum quidem sine equo, aut rheda, curdo pedesque; commodius tamen, & facilius itinerabor equo vectus, vel rheda; & hoc vocant necessarium secundum quid, seu ad bene, vel melius esse.

XIII. Notum quinto, necessarium modo explicatum posse dici tale, vel respectu alicuius totius communitatis tantum, vel etiam singulis illius communitatis. Sic communitati necessarium est aliquem esse fabrum, cementarium, medicum &c. necessarium tamen non est singulos esse fabros, cementarios, medicos &c. e contra manducare, bibere, ad vitam necessarium est, nedum toti communitati, sed etiam singulis illius communitatis. His ergo prænotatis quæremus, an Sacra Theologia necessaria sit ad cognoscendas veritates de Deo, nedum rationis lumen excedentes, sed etiam lumine naturali vestigabiles. Rursus quaerimus, & demum, an singulis, an vero tantum Republicæ Christianæ.

§. II.

Necessitas Theologiæ ad cognoscendas res ex revelatis.

XIV. Deo primo. Præter philosophicas disciplinas, necessaria est homini aliqua Sacra Doctrina, que ex revelatis procedat: ita D. Thom. 1. part. quest. 1. art. 1. & probat. Necessaria est homini doctrina, quæ possit cognoscere determinate suum ultimum finem, ut possit ad illum determinate tendere, ac sese, suasque actiones in illum dirigere: agens enim cognitio, & ratione præditum non potest finem determinate intendere, nisi illum determinate præcognoscat; quia nihil volitum, quin sit prius cognitum; & si determinate suum finem non cognosceret, in incertum scopum colligaret: sed ad cognoscendum determinate suum ultimum finem necessaria est homini doctrina sacra procedens ex revelatis; ergo &c. minor probatur. Finis, ad quem homo ultimum ordinatur, est Deus clare visus, seu beatus supernaturalis, sed hoc sine doctrina ex revelatis procedente, non potest ab homine cognosci, excedit enim comprehensionem naturalis luminis, & rationis, juxta illud 1. Cor. 13. vers. 12. scilicet non audierunt, neque viderunt, neque cognoverunt: oculis non visis, Deum ab ipse, que præparasti expectantibus te. Quæ D. Paulus transfertens in suam primam epistolam ad Cor. cap. 2.

vers. 9. ait sic scriptum est: quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, que præparavit Deus iis, qui diligunt illum: Isaiam autem, & Paulum de supernaturali hominis beatitudine fuisse locutos testantur, nedum Div. Thomas hic, in cap. 64. Isaiæ, & in cap. 2. prima ad Cor. lect. 2. Sed etiam S. Cyrillus episc. 56. & S. Hieronymus in cap. 64. Isaiæ. Ergo ad cognoscendum &c. necessaria est homini doctrina ex revelatis: quare D. Paulus loco laudato, cum de Sapientia Dei dixisset: quam verum Principium hujus sæculi cognovit: subdit: nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum.

Probatur secundo a posteriori. Quotquot ex Philosophis veteribus conati sunt hominis beatitudinem cognoscere, nedum non sunt eam affectu, sed in turpissimos errores incidunt: unde octo supra ducentos & octoginta sibi invicem contrarios enumerat Marcus Varro. Quin Aristoteles ipse, Philosophorum Aquila, scopum hunc attingere nequit. Deum clare videndum, ac intuitive, esse ejus ultimum finem 1. immo lib. 1. Ethic. cap. 7. finem ultimum hominis consistit in cognitione substantiarum separatarum. Ubi enim cap. 5. & 6. varias retulisset, & rejectisset, duplicem ipse statuit hominis beatitudinem semper, & Civilem; alteram Speculativam, & Contemplativam. Moralem, & Civilem 1. Ethic. cap. 7. statuit in operatione secundum optimum virtutum, quam ajebat esse prudentiam; ita ut hominem moraliter, ac civiliter beatum tunc existimaverit, cum sapienter, & ordinate omnes suas actiones componeret. Speculativam autem, & Contemplativam 10. Ethic. cap. 6. 7. & 8. in operatione omnium perfectissima collocavit, qualem censuit esse cognitionem Dei, ac substantiarum separatarum, abstractivam tamen, & discursivam. Signum est ergo, rationem naturalem non posse nos manducare ad notitiam vere beatitudinis, ac proinde hanc debere hauriri ex Magisterio Divino docente per revelationem. Quare D. Justinus Martyr cohort. 1. ad Græcos, causam, cur Philosophi tanta, circa divina, laboraverint ignorantia, cur inter se adeo discordes fuerint assurgens, fuisse hanc dicit: Quod scilicet non a fortis discere voluerint, sed se ipsos humana mentis sus solertia, celestia clare pervidere posse consili fuerint, cum ne terræa quidem perspicere quiverint. Ex quibus patet præsentem resolutionem procedere de necessitate simpliciter tali.

XV. Nec tamen hinc inferas, hominem fore deterioris conditionis, quam cæteras creaturas, & intellectum fore imperfectionem sensum. Cum enim cæteræ creature propriis, ac naturalibus viribus suis fines ultimos consequi possint, immo & consequantur solus homo finem suum ultimum, nec consequi potest, immo nec propriis viribus cognoscere. Rursus cum sensus nullo egeret auxilio supernaturali, ut circa quælibet sui objecta feratur: oculus enim naturalis sua activitate videre potest quodcumque visibile, solus intellectus viribus discretus, egreditur supernaturali ope, ut cognoscat objectum suum principalem, quod est Deus.

Non inquam, qua ut ait D. Thom. 1. sent. quest. 1. art. 1. ad 3. hoc axioma: illud quod per se suam perfectionem consequi potest, nobilissimum est, quod per se consequi non potest, valet quidem in his, que acquirentur æqualem bonitatem per se, sed illud quod acquiritur bonitatem perfectam, licet pluribus auxiliis & modis, est nobilissimum, quod imperfectionem bonitatem acquirit paucioribus, vel per se ipsum, sicut dicit Philosophus in 2. de Calo & Mundo text. 3. Homo autem respectu aliarum creaturarum ordinatur ad acquirendam nobilissimam perfectionem; nimirum ipsius Divina Gloria participationem, propter quam factus est. Et ideo licet ad illam nedum acquirendam, verum & cognoscendam, egeat pluribus auxiliis, & motibus, quam cæteræ creature ad suos fines, non erit deterior, aut imperfectior illis. Hoc idem docet S. Doctor 1. 2. quest. 5. art. 5. ad 3. & quest. 14. de veritate art. 10. ad 5. ubi ait: Ad quædam dicendum, quod homo perfectior est aliis animalibus, nec tamen determinatior suis sibi ab ipsa natura, que sunt necessaria ad suam consequendum, sicut aliis animalibus propter duas rationes. Primo, quia homo ad altiorum suum ordinatur; & ideo etiam pluribus auxiliis indiget ad ipsum consequendum, & sibi naturalia principia non sufficientia, nihilominus perfectior erit. Secundo, quia hoc ipsum est in homine perfectior, quia multiplices vias potest habere ad consequendum suum finem. Unde non potest ei una via naturalis determinari, sicut aliis animalibus, sed loco omnium, que natura aliis animalibus præstitit, hæc est homini ratio, per quam & necessaria hujus vite sibi parere potest, & disponere se ad recipiendam auxilia diviniæ futuræ vite.

XVI. Eadem ratione sensus non erit nobilior intellectu, quamvis sensus sibi sufficiat ad omnia sua objecta attingenda, intellectus autem non. Immo oppositum; ex quo enim sensus sibi sufficiat ad omnia objecta, inferunt, eum esse determinatum ad certa quædam objecta intra lineam, & eorum naturalem modum operandi contenta, & proinde ad ea limitatum, & restrictum. At ex quo intellectus huius non sufficiat, sed egeat ope, & auxilio exteriori ad aliqua sua objecta, inferunt, ejus spheram non esse determinatam ad objecta sola naturalia, sed extendi etiam ad objecta, que nature captum excedunt, & proinde, quod intellectus huius possit elevari ad maiorem perfectionem recipiendam, quam possit ipse producere, summa perfectio illi est. Inducunt, est enim, cum non perfici etiam ad ea, que supra naturam sunt, & aliquam excellentiorem perfectionem ad sui complementum exigere.

§. III.

Quest. I. De Existentia & necessitate Theol.

§. III.

Necessitas Theologiæ ad res naturali ratione vestigabiles.

XVIII. Deo secundo. Ad cognoscendas etiam veritates illas, que de Deo possunt ratione humana investigari, necessaria est aliqua Sacra & revelata Doctrina. Ita D. Thom. 1. part. quest. 1. art. 1. his verbis: Ad ea etiam, que de Deo ratione humana investigari possunt, necessarium fuit hominem instrui revelatione divina; quia Veritas de Deo per rationem investigata, a paucis, & per longum tempus, & cum admixtione multorum errorum homini proveniret.

XVIII. Ex his constititur ratio probativa hujus asserti. Ad salutem cultus hominis necessarium est, certo scire de Deo etiam veritates illas, que naturali lumine investigari possunt: sed abque doctrina revelata hujusmodi cognitionem assequerentur pauci, nec nisi post longum tempus, & cum admixtione multorum errorum; ergo &c. minor probatur, & explicatur D. Thom. lib. 1. cont. gentes cap. 4. Et quidem pro prima parte: quia a veritatis contemplatione plurimi impediuntur: quidam propter ebrietudinem ingenii, que hic sunt indispotiti ad sciendum, & nullo studio possunt ad hoc pertingere, ut sumum cognitionis gradum attingerent, qui in cognoscendo Deum consistit. Quidam necessitate rei familiaris, oportet enim ex hominibus plures esse, qui temporalia curent, & fere totum vitæ suæ tempus in hoc exercitio infumant, qui certe ab otio contemplationis arcentur. Quidam tandem impediuntur pigritia. Ad cognitionem enim divinorum multa perconoscere oportet ex Philosophia, que faciunt, ut non nisi post longum studium, & laborem ad illam perveniri possit, quem quidem laborem pro amore scientie pauci subire volunt.

XIX. Pro secunda parte probatur. Cum enim ex dictis studium, & labor prærequiritur, antequam homo perveniat ad cognitionem de Deo, in tali opere multum temporis impendendi necesse est. Cumque juvenutis ætas, qua diversis passionibus motibus anima fluctuat, parum idonea sit quieti, que ad tam altæ veritatis cognitionem acquirendam necessaria est, feret ut homines ad veritatem divinorum non perveniant, nisi in extrema etate.

XX. Tertia similiter pars ab eodem Angelico Magistro 1. cont. gentes cap. 4. sic explicatur: Nam investigandi rationis humana plurimque saltem admittitur propter debilitatem intellectus nostri in iudicando, & phantasmatum perturbationem. Et ideo apud multos in dubitatione remanent ea, que sunt verissime etiam demonstrata, dum vim demonstrationis ignorant: & præcipue cum videntur a diversis, qui suspicentur dicuntur, diversis doceri. Inter multa etiam verba, que demonstrantur, immiscetur aliquando aliquod falsum, quod non demonstratur: sed aliquis probabilis, vel sophistica ratione afferitur, que insertum demonstratio reputatur. Unde ex Philosophis gentilibus, qui Deum cognoverunt, alii futurorum scientiam ei negaverunt, alii omnium rerum Providentiam, & Gubernationem, alii in aliis multiplicibus, & turpissimos errores lapsi sunt. Conclusio D. Thom. & ideo oportet per viam fidei, sua certitudine, ipsam veritatem de rebus divinis homini exhiberi. Salubriter ergo Divina providit Clementia, ut ea etiam, que ratio investigare potest, sine tenenda præsumptio, & adque dubitatione, possint alicui cognitionis participare esse. Et quædam dubitatione, & erroris hinc est, quod Ephes. 4. dicitur. Tam non ambulatis, sicut & gentes ambulantes, in vanitate sensus sui, tenebris obsecratis habentes intellectum. Et Isaiæ 54. Ponam universos filios tuos doctos a Domino. Ita D. Thom. 1. cont. gentes cap. 4. laudato.

§. IV.

Quid nomine Theologiæ, seu Sacra Doctrina intelligat D. Thomam.

XXI. Ubi hinc hoc ex doctrina hæreticorum tradita statim emergit. Cum enim sacra doctrina, quam necessarium diximus, ad veritates, tum excedentes lumen rationis, tum ad ea, que rationis lumine sunt vestigabiles, sic doctrina ex Dei revelatione procedens merito dubitatur, an sit doctrina immediate revelata, qualis est doctrina fidei, an vero revelata tantum mediate, id est procedens ex principiis revelatis ad alia deducenda, qualis est doctrina proprie Theologica. Videtur enim D. Thomas per Sacra Doctrinam intellexisse fidem Theologiam, quia hæc dicit esse ad salutem necessarium; certum autem est ad salutem necessarium quidem esse fidem, non vero Theologiam.

Videtur etiam intellexisse Theologiam conditinctam a fide; nam de ea Sacra Doctrina, ut homini necessaria loquitur art. 1. de quo art. 2. dicit esse scientiam art. 3. esse unum scientiam art. 5. esse digniorem aliis scientiis art. 6. esse argumentativam: atqui fides neque scientia est, neque argumentativa; ergo ex ordine, & coherentia doctrinae, videtur D. Thom. loqui etiam in 1. art. de Theologia sub nomine Sacra Doctrinae.

XXII. Cajetanus in comment. art. 1. dicit, Sacram Doctrinam neque sumi pro fide, ut distinguitur contra Theologiam, nec pro Theologia, ut distinguitur contra fidem, sed pro cognitione a Deo revelata, sive formaliter, sive virtualiter abstrahente a ratione crediti, & sciti, & de hac dicit esse necessarium ad salutem.

XXIII. Verosimillius tamen videtur D. Thomam nomine Sacrae Doctrinae intellexisse determinate Theologiam. Id fidenter nuper dicta, & ulterius, quia D. Thom. hoc art. ad 2. hæc Sacram Doctrinam vocat Theologiam, tamque comparat cum

Sciti Theol. Tom. I.

aliis scientiis naturalibus; & distinguit ab eis. Item art. 17. Doctrinam Sacram vocat eam, que procedit ex principiis revelatis, que pro suis principiis habet articulos fidei art. 7. & 8. atqui sola Theologia procedit ex principiis a Deo revelatis, habetque articulos fidei pro suis principiis; ergo per Sacram Doctrinam intelligit Theologiam. Demum de ea doctrina hic loquitur, dum dicit esse necessarium, de qua in proximo questionis dicit, se investigaturum quilibet sit, & ad que se extendat; non investigatur autem in hac questione de Sac. Doctr. abstracte, & in genere, sed de Theologia; ergo de hac loquitur, dum dicit esse necessarium præter philosophicas disciplinas.

XXIV. Ad dices: Sacra Doctrina, de qua loquitur D. Thom. est necessaria omnibus ad salutem; Theologia vero non est necessaria omnibus ad salutem, non enim omnes salvandi, Theologi esse debent, sed fideles; ergo de fide, non de Theologia fermo est, vel de doctrina abstrahente a doctrina fidei, & Theologica.

Respondetur tamen negando minorem, aliud enim est Theologiam omnibus necessariam esse ad salutem, aliud necessarium esse omnibus homines esse Theologos, ut salventur. Sicut aliud est dicere, omnibus hominibus necessaria est medicina, ut sanentur, & aliud est omnibus hominibus ut sanentur necessarium esse, quod sint medici. Sicut ergo verum est, quilibet homini esse necessarium medicinam ut sanentur, abque eo, quod quilibet sit medicus: ita verum erit omnibus, qui cultibus homini esse necessarium Theologiam ad salutem, est non quilibet homo sit Theologus.

Cur autem cultibus homini ad salutem, ultra fidem, necessaria sit Theologia ostendo ex doctrina D. Thom. 2. quest. 6. art. 1. Fides etenim est quidem fundamentum salutis, sed ad fidem concipiendam quo requiruntur: unum, quod homini proponatur ea, que ipsi credenda sunt; alterum, quod homini attendatur iis, que sibi per fidem propostis sunt in credenda. Licet autem ad talem attentum homo principititer inclinetur a Deo interius movente per gratiam, Deus tamen via ordinata utitur ministerio alicuius exterioris indicantis ad fidem, puta vel miraculi visus, vel hominis prædicantis, & persuadentis fidem; Rom. 10. vers. 14. quomodo credent ei, quem non vident? quomodo autem audient sine prædicante? ex quibus inferunt Paulus vers. 17. Ergo fides est ex auditu. Si ergo via ordinaria nemo potest credere nisi audit, nec audire sine vi predicante, & inducente ipsum de credendis, cultibus homini ad fidem gignendam, de credendis, cultibus homini ad fidem persuadendo, & prædicando, nutriendam necessaria erit instructio, unde D. Thom. laudatus ad primum dicit: quod per scientiam gignitur fides, & nutritur per modum exterioris persuasionis, quæ sit ab aliquo scientia, & hoc ait exponens dictum D. Augustini lib. 14. de Trinitate cap. 11. qui rerum divinarum scientia hoc tribuit, quod fides, laborat, & quæ ad veram beatitudinem ducit, gignitur, nutritur, defenditur, & roboratur, quæ scientia non tollens fideles plurimos, quantum solent ipsa suo plurimum. Aliud enim est scire quantummodum, quid homo credere debeat propter adipsendam vitam beatam, quæ non nisi æterna est, aliud autem scire quantummodum hoc ipsum, & pias opulentur, & contra impietate defendatur, quæ proprie appellatur scientiam videtur Aristoteli. Hinc licet multi consequantur salutem, qui Theologi non sunt, non tamen sine adiumento Theologiæ, que in eis fidem gignat, nutriat, ac conservat. Quod verum est etiam de iis, qui de fide instruantur a parentibus idiotis, rusticis, ita ut nullos alios doctos viros de fide exponentes audiant. Nam licet parentes illi rudes, ac idiotæ absolute Theologi non sint, in tali tamen instructione, qua filios docent de vera credulitate, id est quid credere debeant, quomodo se gerere pro adipsendam beatitudine, quid credere fugere, aliquid de vera Theologia participant.

XXV. Ex hæreticis dicit inferunt, quod licet cultibus homini necessaria sit, quod vere, & proprie Theologus sit, & Theologiam colat, necessarium tamen est Ecclesiæ Christi, seu collectioni fidelium, ut aliqui in ea Theologi sint in omni enim Republica bene ordinata necessarium est esse aliquos, qui doceant, dirigant, & instruant de sequendis, ac de fugiendis admovent. Quod maxime in Republica Christiana verificatur. Si enim nulli essent Theologi, quomodo starent fides; qui eam tueretur ab hæreticis, tam ac fideles subvertere a veritate conantibus; Propterea Theologiam fidei hostes quovis tempore dicerent, & comatibus, maledictis insecti sunt, ut eam a Catholicis exulare profus contingat, quo factos inermes expugnari facili possint. Philistæos funditus, qui ut legitur 1. Reg. 13. vers. 19. ut Israëlitas funditus prostrarent, fraude effecerant, ne fieri ferarum invenirent in omni terra Israë, aut ullus qui faceret gladium, & lanceam. Adeo ut cum venisset dies prælii non sit inventus ensis, & lancea in manu totius populi, qui erat cum Saule, & Jonathã.

DUBIUM II.

De Theologia Positiva, & Scholastica.

§. I.

Quodnam sit inter utramque discrimen?

Dico primo. Utraque Theologia Positiva, & Scholastica est una, eademque essentialiter, loco accidentali quodam modo procedendi diversa. Probo primam partem. Utraque enim habet idem objectum, Deum nempe sub ratione Deitatis cognoscendum per discursum. Utraque eadem principia agnoscit, eademque fidei assertiones, sive scriptas, sive traditas, ex quibus suas conclusiones elicit. Utraque

Ab illuminata fidei celo mundana sapientia sumus abscedat. Ergo apud SS. PP. nullus probatus vigit Scholasticæ Theologie usus.

Respondendo negando antec. quod non probant allatitextus. Ambrosius enim, & Leo non loquuntur de Theologia, que scientia est, sed de fide; solum contententes, argumenta, & humana ratiocinia eo sensu esse removenda, & abigenda, ut eis non nitatur fides nostra, nec potius rationi naturali, quam divina credat autoritati. Hoc videtur certe non peccat Theologia scholastica, & argumentativa; nam dum utitur argumentis, & discursu a ratione naturali, non eis utitur ad probanda ea, que fidei sunt; sed vel ad ea explicanda, vel ad ea defendenda, offendendo scilicet, ea non esse rationi naturali contraria; vel denique ad manifestanda illa, que in hac doctrina traduntur, ut supra diximus ex D. Thom. 1. part. quæst. 1. art. 8. & præcipue ad 2. ex quo offendimus, Theologiam uti principis naturalibus, non per se, & tanquam propriis, sed per accidens, & tanquam extraneis, & quasi ex abundantia, ut fidei hostes cognoscant, veritatibus, que ipsa dicat, etiam Philosophicæ rationes deservire, & famulari.

XX. Nec potant Veteres Patres damnare arguendi modum, quo ipsi perferat esse, dum contra Ethnicos, & Atheos (qui nulla alia, quam discursu naturali, convinci possunt via) pugnandi data sunt occasio, vel etiam contra hereticos, qui Mystra Fidei philosophicis argumentis quætere conati sunt, ut Calviniste modo impugnant realem Corporis Christi præsentiam ex impossibilitate unius corporis simul existendi in pluribus locis, & quidem modo inextenso, & indivisibili, quorum Philosophica argumenta diluere non possent Theologus, nisi ad philosophica principia recurrendum. Ita propterea procefferunt S. Justinus in Apolog. pro Christianis, S. Clemens Alexandr. in suis Stromatum libris, S. Gregorius Nazianzenus, & S. Cyrillus dum ageret contra Julianum Apostatam. S. Gregorius Thaumaturg. ad Tavianum celeberrimè scripsit sermonem de anima, sic ab eo rogatus, nullius scripture testimonium, sed folius argumentis, ac philosophicis demonstrationibus usus: Justitè (inquit) præstantissimo Tavianus, ut eam efficacibus argumentis, siquè demonstrationibus sermonem atque dissertationem de Anima vobis conscripserim, misterium, eaque in re nulli fortissimum verum testimonium: Magnus itidem Athanasius (teste Gregorio Nazianzo. orat. in laudem Athanasii) contra Arianos per sepe pugnavit, necdum scripturis sed etiam philosophicis rationibus, ut probabilibus argumentis, atque ad persuadendum accommodatis. Sed quid plura? S. Paulus ut probaret, in Ecclesia non omnes debere esse doctores. 1. Cor. 15. nonne id persuadere conatus fuit exemplo membrorum, que non omnia in corpore idem officium habent? Rom. 9. 11. Dum pro sua voluntate aliquos prædestinare, alios non persuadet exemplo figuli, in cuius potestate est facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam; & ut ait D. Thom. 2. 2. art. 2. ad 2. ad 2. ad 2. inducit auctoritatem Arati Poete, ut offendat Atheniensibus, divinitatem inesse non posse auro, aut argento, aut cullibet metallo. Sicut ergo idem Paulus omnibus omnia factus, Hebræus Hebræis erat, & Paganis Paganus, ut omnes lucrifaceret: Ita Theologus interdum fiat necesse est Philosophus Philosophis, ut istos facillius, ac luculentius lucretur, ac devincat. Exhibenda enim cuique sunt, que conveniunt, & familiaria sunt, ut per propria veniat ad fidem veritatis (inquit Melchior Canus.)

XXI. Neque dicas, Paulum ipsum ad Coloss. cap. 2. vers. 8. moneri eos, videre, ne quis vos decipiat per Philosophiam, & inanis fallaciam. Nam Paulus hic non monet Colossenses, ut caveant a Philosophia, quando hæc inducitur ad confirmanda fidei dogmata, ut eam inducunt Theologi, & ipse eam induxit, ut nuper dicebamus: sed moneri eos, ceteroquin fideles, ut caveant a Philosophia, quando inducitur contra fidei dogmata: tunc enim vera Philosophia non est, sed inanis fallacia, quia verum non est contrarium vero. Unde ait: Videte ne quis vos decipiat per Philosophiam, & inanis fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum. Loquitur ergo de Philosophia, que Doctrinæ Christi contraria est.

De utilitate utriusque Theologie, Positivæ & Scholasticæ.

§. I.

Utilitas Theologie Positivæ.

Deo primo. Theologia positiva Ecclesie Dei semper fuit utilis, imò necessaria. Huic asserto maximam lucem afferunt, que hæcenus dicta sunt, maxime D. Thom. 1. §. 2. magis autem suadet Primo ex necessitate, quam semper habuit Ecclesia, ut in ea essent Doctores, qui Sacras Scripturas populo exponerent, illarum verum sensum aperirent, falsas interpretationes atque hereticorum fallacias detegerent, ac dissiparent: atqui hoc indicat necessitatem Theologie Positivæ, cuius hoc officium est: ergo &c. minor ex dictis apparet. Major vero probatur ex S. Paulo, tum ad Ephes. 4. 12. ubi dicitur: Deum fua erga Ecclesiam providentia ei varios dedisse Ministros, maxime vero Doctores, in opus ministræ, in adificationem Corporis Christi. Et hoc ideo vers. 14. Ut jam non simus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris. Hinc ad Titum 1. vers. 8. dicit, oportet, Episcopum esse amplectentem eum, qui secundum doctrinam est...

alem sermone, ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere. Sicut enim multi erant invidiosos, vaniloqui, & seductores, maxime, qui de circumcissione sunt, quos oportet redargui: qui universas domas subvertunt, docentes, que non oportet, &c.

II. Secundo probatur: heretici Scripturas Sacras pravum in sensum detorqueunt, ut suis erroribus patrocinari videantur, & sic decipiunt infirmos. Ita Tertullianus lib. de prescriptis. cap. 14. Scripturas obediunt, & hæc sua audivit, statim quosdam movent, in ipso vero congressu, firmos quidem firmiter, infirmos copiant, medicos cum sermulo dimittunt, & cap. 30. Nec periculis dicere, ipsas quoque Scripturas, sic esse ex Dei voluntate dispositas, ut heretici materiam subministrarent; cum legam: oportet hæreses esse, que sine scripturis esse non possunt. Idem sentit Origenes lib. 3. de principiis cap. 11. Hilarius lib. 2. de Trinit. & S. Augustinus. tract. 18. super Joan. his verbis: Neque enim nata sunt hæreses, & quædam dogmata pervertentis illaqueantis animis, & in profundum præcipitantia, nisi dum scriptura bene intelligitur non bene, & quod in eis non bene intelligitur, astute temere, & audaciter asseritur. Sed quid plura? Inspecite proximis locis gloriantes, & ad Scripturas male intellectas, atque in futurum patrociniis errorum adductas, provocantes Catholicos, Necessum ergo fuit, & est, ut sint aliqui Catholici Doctores, qui genuinum Scripturæ sensum aperiant, & detegant infidias, quas fidelibus, ex depravato Sacre Scripture sensu, fruunt heretici.

Hinc verè Ecclesie praxis huius sæculo fuit instituire Scholas, in quibus Theologia Positiva publice traderetur. Hanc celeberrimam Alexandria olim fuisse refert Eusebius, lib. 5. hist. Eccl. cap. 10. per idem tempus Fideiolum Scholæ prætor vir doctrina causa celeberrimus nomine Pantenus, qui per jam a præfice temporibus Sacrarum Litterarum Schola in ea Civitate fuerat instituta, que quidem nostra adhuc ætate perseverat, & ab hominibus, tum elegantibus, tum avaritarum Litterarum studio instructissimis obtinere dicitur.

III. Tertio probatur, Scripturæ Sacre sensum adeo profundum, ac reconditum habent; & toque, ac tantas difficultates in eo assequendo occurrunt, ut summa opus sit eruditione, summoque studio ad eas exponendas, ac interpretandas, proindeque necesse est, ut aliqui huic expositioni, ac explanationi totam det operam: atqui hoc fit ope Theologie Positivæ: ergo &c. Minor patet. Major, quam negant recentiores heretici, probat, ex Div. Petro Epist. 2. cap. 3. v. 16. qui de Pauli Epistolis, ceterisque scripturis: In quibus (inquit) sunt quædam difficulta intellectu, qua indotati, & infirma bilis depravant, sicut & ceteras scripturas ad suam ipsorum perditionem. Idipsum pene omnes SS. PP. testantur. Origenes leg. 7. contra Celsum, dicit (inquit) quæque cordati viri scrutando scripturas, intellectum ejus invenire potuerunt; licet verè sit multis locis obscura. Ambros. Epist. 44. Mare est Divina Scriptura habens in se sensus profundos: altitudinem prophetiarum anigmatum. S. Augustinus lib. 12. conf. cap. 14. & lib. 2. de Doctr. Christi, cap. 3 loquens de Scripturarum explanatione, ait: Sed multis, & multiplicibus obscuritatibus, & ambiguitatibus decipiuntur, qui temere loquuntur, aliquid pro alio sentientes; quibusdam autem locis, quæ vel falso suspicentur, non inveniunt; ita obfure quædam dicta, densissimum caliginem obducunt. Cujus obscuritatis rationem reddens: Quod verum (ait) provium divinitus esse non dubio, ad edomandum laborem superbum, & intellectionem in sensibus evocandum cui facile investigata plerumque videntur. Augustino concinit S. Gregor. homil. 6. in Ezech. videndus.

Verum hæc SS. PP. doctrina hereticis recentioribus non placet, qui Sacram Scripturam Sole meridiano clarior em esse venditant. Unusque pro cunctis Calvinus lib. 1. diff. cap. 7. §. 2. ait: Non obscurior veritatis sua sensum, utro Scriptura præsert: quam coloris sui res alba, aut nigra, saporis suaves, & amara.

IV. Quare contra illam obijciunt 1. Psalm. 18. dicitur: Præceptum Domini lucidum illuminans oculos. Prov. 6. mandatum lucerna est, & lex lux. 2. Petri 1. v. 19. habemus firmiorem prophetieum sermonem, cui bene facitis attendentes tanquam lucerna lucens in caliginoso loco. Ergo Scriptura nedum non est obscura, imò ipsa lux, lucerna est, que alias veritates illuminat, & patefacit. Ergo si Theologia Positiva ob id statuitur, ut Sacre Scripture obscuritates, & ambiguitates solvat, superflue statuitur.

V. Quero primo ad adversariis: si Sacra Scriptura tota lux est, adeoque clara, & illuminans alia; Ideoque superflue Theologia Positiva, que illam explicet. Cur ipsi insistant in edendis Sacre Scripture commentariis, & interpretationibus? Cur ipsi Universitates, Scholæque publicas habent pro Theologia studio? cur denique in assignando vero sensu Scripturæ adeo inter se discordes sint, ut nulla via conciliari possent, quod contingit in assignando vero sensu istius propositionis hoc est Corpus meum?

VI. Secundo respondendo, Prophetam, & Sanctum Petrum non loqui de Sacra Scriptura, quoad omnem sui partem, ita ut in omni sui parte sit aperta, & clara, sed solum quoad aliquam, & maxime quoad Præcepta Decalogi, que rationi naturali adeo sunt conformia, ut cullibet ratione utenti per se pateant, ideoque dicit David: Præceptum Domini lucidum: Mandatum lucerna est, & lex lux, dicit Salomon. S. Petrus etiam loquitur, non de quocumque prophetico sermone, sed de prophetico sermone de Christo, & Lex Evangelica, qui quidem clare adeo lucet, ut non nisi obsecatis non appareat. Ceterum ipse Petrus, ut nuper dicebamus, multa difficultia in

epistolo-

epistolis Pauli, sicut & in cæteris scripturis adesse fateatur. Neque David ipse hoc negabat, dum, & in lege aliqua latente observans, ajebat Psalm. 118. Da mihi intellectum, & firmiter labor legem tuam: revela oculos meos: & considera mirabilia de lege tua. Illumina super foras meos: & decerne iustificationes tuas. Ad quod respicit S. Hieronymus. Epist. ad Paulinum: si tantus (inquit) Prophetæ tenetis ignorantia conscientium, qua non putat parvulus, & semel latentes insitias notis circumcurat? Hoc autem vulgum non solum in facie Moysi, sed & in Evangelio, & Apostoli postum est... nisi aperita fuerint universæ que scripta sunt ab eo, qui habet clavem David, qui aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit, nullo alio referre poterant.

VII. Inquunt tamen: Scripturæ Sanctæ non sunt intellectu difficiles, nisi perperam, & malitia execratis, dicente Paulo 2. Cor. 4. v. 3. Si operum est Evangelium nostrum, in iis, qui perverunt, est operum.

At non vident, Paulum ibi non loqui de Sacra Scriptura, sed de Evangelio à se prædicato, subdit enim, non enim nostris modis prædicamus, sed Jesum Christum Dominum nostrum: Quod certe operum erat eis, qui ex malitia, & mentis excitatione illud repellabant; fallum pariter est, quod solis superbie Sacra Scriptura sit obscura, & difficilis. Non enim superbie erat David, qui tamen a Deo petebat Scripturam, & legis intelligentiam. Superbus non erat Enochus ille Regina Candacis Aeth. 8. qui dum legeret Isaiam Prophetam, & nihil intelligens, egit, ut Philippus ei explicaret. Intelligentia ergo, & interpretatio Scripturarum donum Dei est, nimirum interpretatio sermonum, sed donum scientiæ, sed hoc nunquid omnibus datur? Paulum audio dicentem, aliis dari, aliis non, 1. Cor. 12. v. 7. alii quidem sermo scientiæ: alii autem sermo scientiæ... alii interpretatio sermonum. Nunquid omnes doctores? Nunquid omnes interpretantur? ibid. vers. 30. & ad Ephes. 4. v. 12. postea Deus alios autem Pastores, & Doctores. Non omnibus ergo adest intelligentia, & interpretatio Scripturarum, sed quibus dat spiritus, dividens singulis prout vult. Ergo quidem valem miror, quod contentiam, quia donum Dei est, non omnibus etiam humiliter potentibus, certo dari Protestantibus velint, Scripturam autem intelligentiam, & interpretationem, etiam donum Dei fit, omnibus adesse contentiam, & contra Apostolum velint, omnes esse doctores, omnes interpretari, habere omnes donum Scientiæ.

VIII. Obijciunt tamen. Si Sacra Scriptura aliquibus tenebris obscuratur, eas tunc non ab homine exterius explicantur, sed a Deo interius docente esse dissipandas. Deum autem cuique fidelis adesse, donando lumen ad veritatis cognitionem, iuxta illud Isaiæ 54. v. 13. Panam universos filios tuos doctos a Domino; & Jeremia 31. v. 33. 24. dabo legem meam in cordibus eorum, & in corda eorum scribam eorum: non docebit ultra vis proximum suum, dicens, cognosce Dominum; omnes enim scient me a minimo eorum usque ad maximum. Unde 1. Joan. cap. 2. v. 27. Inquit Joannes ad fideles scribens: Non necesse habetis, ut aliquis doceat vos, sed si scitis unum ejus docet vos de omnibus.

IX. Retorqueo argumentum: si fideles omnes immediate docentur a Domino, & non est necesse, ut aliquis eos doceat; Cur dicit Paulus laudatis locis, in Ecclesia aliquos esse debere Doctores? Cur ipse tot epistolas scripsit, ceterisque Apostoli, ut Ecclesias, quas fundaverat, erudirent? Cur Patres tot, tantaque scripserunt, homilias, sermones, tractatus ediderunt, ut instruerent populos? Cur protestantes ipsi, Prædicantes, & Ministros alunt, & Catechismos ediderunt? hæc omnia superflua sunt, si fideles omnes docentur a Domino, si necesse non habent, ut aliquis doceat illos. Dicendum ergo, Deum quidem fideles suo lumine perfundere, sed sicut Ecclesiam visibiliter regit per Pastores; ita fideles visibiliter instruit per Doctores; ita tamen, ut eorum exteriori doctrinæ cooperetur ipsa sua interna illustratione, si obicem non inveniatur.

X. Respondere ergo, Isaiam, & Jeremiam statuerè differentiam inter doctrinam Legis Mosaicæ, & Evangelicæ; quod ubi illa tradita fuit per homines, illa tradita erat immediate per ipsammet fidem Dei, quod & expressit Sanctus Paulus ad Heb. 1. multisque, multisque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nullifque diebus ipse locutus est nobis in filio. Quo fit, ut Christiani omnes dicantur Theodidacti, hoc est, a Deo docti, vel immediate, ut Apostoli, ceterique, qui Christum audierunt, vel mediate saltem, ut ceteri fideles.

Vel dico, prælaudatos vates, ut exponunt Chrysolomus, Theophilus, & Eumenius in cap. 8. ad Hebr. & S. Augustinus de gratia Christi cap. 12. solum indicare, quod tanta futura sit facilitas, & gratia Legis Evangelicæ, ut non sit opus magno labore ad discenda necessaria ad salutem; & tanta erit Spiritus Sancti illustratio, & tam obvius ejusdem impulsus ad credendum, illud, & amandum, ut externa fidei prædicatio, comparata ad internam illam vocationem, parum, & quasi nihil esse videatur.

Vel dico Prophetas prælusisse illi mirando lapsus, quo in die Pentecostes Apolloli, alique Ecclesie nascentis filii erudiebantur, quibus cum Baptismo Spiritus Sanctus, & cum eodona scientiæ, prophetiæ, genera linguarum &c. divinitus infundebantur, ita ut idiotæ quique, & rudes in momento sapientissimi evaderent.

Sancit autem Joannes ibi solum innuit, fideles, ad quos scribebat, & jam docturæ, per ea sola, que didicerint, fidem tuari, ac fervare posse contra quancumque aliam perverfam Pseudopostolorum doctrinam, Spiritus Sancti interna

Georg. Theol. Tom. I.

auxiliante gratia. Unde præmiserat his scriptis vobis de his, qui seducunt vos. Et vos unitionem, quam accepistis ab eo, maneat in vobis, ac si diceret: contra seductores nil aliud facite, nisi servate fidem, quam edocui estis.

§. II.

Utilitas Theologie Scholasticæ.

XI. Non loquimur de Theologia Scholastica, prout dicitur in aliquo methodum, strictioremque discurrendi modum: hanc enim quovis seculo in usu aliquatiter fuisse supra ostendimus præcedenti dubio §. 2. loquentes de utriusque Theologie antiquitate. Sed loquimur de Theologia Scholastica, prout in Scholas Catholicas invecita fuit, rediens nimirum in summam, & methodum accuratam, & strictam, tractatus, & quaestiones Theologicas, easque tractans modo formaliori, & dialecticæ regulis accommodatori.

XII. Dico secundo. Theologia Scholastica utilis est Ecclesie, imò & necessaria, sic, ut non plene sufficiat Positiva, sed utraque requiritur. Id probat ipsum Theologi officium. Oportet enim in primis, Theologum, sicut & Episcopum, Oportet enim in primis, Theologum doctrinam esse, solum non solum amplecti eum, qui secundum doctrinam esse, solum non solum sermonem, ut potius sit exhortari in doctrina sana, sed etiam eos, qui contradicunt arguere, & rationem reddi Sanctus Paulus ad Tit. 1. vers. 11. sane enim multi sunt inobedientes, & docent, qui non oportet, infideles quippe multi, Judæi, Heretici. Secundo juxta Sancti Petri nuntium epist. 1. cap. 3. v. 10. Paratus esse debet ad satisfaciendum omni potenti rationem de eo, que est in vobis ipse. Denique ex Cap. 8. v. 8. debet scire resuscitatio sermonum, & dissolutiones argumentorum. Atqui cum sola Theologia Positiva esto possit amplecti fidem sermonem, & exhortari in doctrina sana, non tamen (saltem ita prompte, ac expedite) eos, qui contradicunt arguere, satisficere omni potenti rationem, sine veritas sermonum, & dissolutiones argumentorum, fine Scholastica possit, que docet accurate argumentari, fallacias detegere, ac veritatis sermonum, easque dissolvere: ergo &c.

Theologus ergo positivus Scholastica penitus destitutus, esset veluti miles habens arma, carens vero arte, & dexteritate ea tradandi. Sicut ergo militi ars, & perita tradendi arma, & eludendi hostium insidias necessaria est, ita Theologo perita arguendi, & hostium argumentum eludendi: hoc autem præstat Theologia Scholastica. Propterea vel ipsos SS. PP. dum hereticorum telas dissolverent, ad aliqualem Scholasticæ usum recurrere supra ostendimus.

XIII. Secundo probat. Theologia Ecclesie utilis, ut ait D. August. lib. 14. de Trinit. cap. 1. debet fidem gignere, nutrire, defendere, roborare: atqui hoc totum Scholastica præstat: fidem namque gignit, dum declarat, & explicans Scripturam Sacram, objectatque revelata proponit, dispositio fidem in corde generat: fides enim ex auditu, auditus autem per Verbum Christi. Rom. 10. 17. Fidem nutrit; rationes enim, & similitudines, motiva, & exempla, quibus Theologi Scholastici fidei articulos elucidant, & credibiles demonstrant, lovent fidem, eam nutrant, & augent. Fidem defendit dum hereticorum falsa ratiocinia, & male philosophantium telas, & sophismata detegens, ac dissolvens, fidem suam lucem restituit. Fidem tandem roborat, dum Theologicis discursibus ostendit, fidei articulos non esse contra, licet sint supra rationem naturalem: imò plerumque demonstrat, eos esse naturalibus principis conformes, quo intellectus inclinatur, ut eis firmiorem, ac tenaciorem præbeat assensum, ex quo fides maxime roboratur, & firmatur.

XIV. Theologia Scholasticæ utilitatem probat ulterius illius toto literario in orbis usus. Eam omnes Academiæ excolunt, ac professur. Eam commendat Ecclesia: Concilium enim Lateranense IV. magister laudat, & approbat Petri Lombardi Scholasticam docendi methodum, damnat e contra ejus impugnatorem, Abbatem Joachimum. Concilium insuper Vien-nense tantum fecit Scholasticos Theologos, ut in questionem de baptisimo parvulorum effectu, majorem sui temporis Scholasticorum partem sequendam esse decreverit. Varii Summi Pontifices eam probaverunt in S. Thoma Doctore Angelico, cuius summam Theologicam summis laudibus extulerunt, inter quos Urbanus IV. Innocentius IV. Joann. XXII. sicut Innoc. IV. & Alexander IV. quorum unus Alexandro Alesio mandavit, ut summam Theologicam conscriberet: alter vero jam conscriptam suo diplomate approbavit.

Et jure quidem merito: sicut enim nemo rationis compos vituperandum existimaret, qui scientiam aliquam antea perturbatam, inordinatam, indigestam ordinaret, in partes distribueret, omnia suis locis antea dispersa collocaret, multis etiam quaestionibus auget, ac strictioris & accuratioris methodo ea pertractaret, qua ratione nemo damnat, imò quilibet laudat Aristotelem, qui hoc præstitit in Philosophia: sic tantum abest, ut conviciis digni sint Theologi Scholastici, imò potius summam laudem apud omnes mereantur, quod hoc idem in Theologicis peregerint, ordinando videlicet in unam summam, ea que in SS. PP. erant dispersa, nova methodo ea disponendo, pluribusque augendo quaestionibus: fidei mysteria mire illustrantibus, ea indagando, expendendo, explicando, & ab impugnationibus liberando.

XV. Sola propterea Theologos Scholasticos odio habent heretici, eoique impudenter conviciis onerant. Eorum Scholasticam doctrinam vocant Wiclefius: Conviciis idololatricæ, & impietatis scholasticæ, Calvinus: Antichristi Lapsaria Lutherus. Scholasticam Theologiam præfanam Melancthon, noscimus vero non...

A 4

